



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De mercatoribus. cap. xxxiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

D. IOANN. DAMASCENI

*De communibus negotiis: & quod communia diuersoria vitanda sint:  
quia hinc rixæ ac disidia nascantur.* CAP. XXXI.

Gen. 13.

**I**X I T Abraham ad Lot: Ne sit quæso, iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est. Recede à me, obsecro. Si ad sinistrā ieris: ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrah, sicut paradiſus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente, diuisi que sunt alterutrum à fratre suo.

pro. 27.

Melius est sedere in angulo sub dio, quam in domo communi.

Eccl. 13.

Fortiori ac ditioni te ne socius fueris.

Habent communium negotiorum curæ reprehensionis ansas.

*De nominis splendore: & quod gloria digna sint recte facta.*

C A P. XXXII.

Eccl. 29.

2. Tim. 2.

**N**PARVA & magna re cura vt bene audias. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, mercenarium incon-  
fusibilem.

*De mercatoribus.*

C A P. XXXIII.

Eccl. 11.

**I**X eripietur mercator à delicto.

*De eunuchis.*

C A P. XXXIV.

sap. 3.

Eccl. 20.

Mat. 19.

**E**ATVS est spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatē, nec cogitauit aduersus Deū nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima.

Concupiscentia spadonis deuirginabit virginem.

Sunt eunuchi, qui de ventre matris suæ tales facti sunt: & sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum coelorum.

Basi. epist.

ad Sim-

pli-.

ret.

**E**unuchorum genus infame atque exitiosum est, hoc inquam nec muliebre, nec virile, mulierum insano amore ardens, zelotypia percitum, illiberale, quidvis accipiens, inexplibile, ad coenam plorans, iracundum, aurum deperiens, fœde mercenarium, sexuum, effeminatum, ventri deditum: quid denique dicam? ab ipso ortu ferro condemnatum. Quoniam autem modo horum iudicium integrum esse queat, quorum pedes quoque distorti sunt? Hi nimirum & ferri opera frustra casti sunt: & propter obscenitatem suam fructus expertes manent.

Vilus.

Ab uxore tua spadonum strepitum remoue. Quamuis enim spado infra geminos testes exectos habere videatur: at suprà tamen geminos in facie oculos habet libidinose obtuentes, ac mala testimonia secum trahentes.

*De laudationibus, & iis qui ex ipsis voluptatem capiunt: & quod ante periculum factum neminem laudare oporteat.*

C A P. XXXV.

Quo-